

ORATIO

ALPHONSI CAR-

RILLO LASO, MAIORISDOMVS

INFANTIS FERDINANDI, IN

LAVDEM EIVSDEM DOMINI

SERENISSIMI.



V. M. in alijs rebus minoris momenti, cum in huius gloriosissime victoriae felicissimo euentu cognoscimus, quam sit bonorum, maiorumque ratio contraria, quam dissimiles animi conceptiones, & sensus ingeneret. Nam cum ipsa natura a rebus aduersis abhorreat, minime eas examinamus, nec attingimus quidem, idcirco multos perculit repentina vis, ac tempestas, secundis vero ducimur, beamur, & fruimur auiditate quadam, varietate, & altitudine cogitationum expectamus, flatisque

suauissimè auræ affluenti voluptate perfundi
mur. Illæ periculosiores, quam sint reuera vi
dentur, quod mentem perturbatam vigere
non sinant, hæ raro conceptam spem, diutur
na desideria, vigilias appetendi, & humanita
tis cumulum explent. Ea de causa minora in
dicantur, quod in Serenissimo Ferdinando
videmus, nam hoc quantum est, quod certè
magnum, prosperitatis, & rei bellicæ pòdus
est, nisi affumatores iniqui, non magnanimū
Principem digna virtute metitur, non factis
æquiparat, non splendore rerum assequitur.
Sed quia dum tanta amoris, & meritorum ex
pectatione pòdemus, maxima initia, & quod
per tempus licuit, ipso dignissima constāter,
præclarequè perfecit, operæpretium est sin
gula percurrere, vt perspectis omnibus, dis
tinctequè explicatis, nō minore laudum præ
conio, quam iusta, debitaque admiratione
Ieremur.

Non enim eius gloriæ obest Serenissimū
Hūgarie Regem Comitem laborū habuisse,
nam quo difficilior est cōcordia inter pares
Imperio, eo commendatior prodit consilia
non Ducis iuueniūter exultantis, sed ad solia

2

dam famam, auctoritatemque maturi. Veteres enim prudentissimè ad eò in re militari vni parere necessarium esse duxerunt, vt Romani studiosissimi libertatis consuli exercitus committerent, difficillimis temporibus dictatori, nè si bello succumberent, exteris feruissent, cum militaris artis detrimento patriam defenderent. Vnus enim pollet vno consilio cum expositis sententijs, re considerata deliberat. Sed si fieri posset, vt multorum ea æqualitas, & moderatio esset, perpetuaque coniunctio, vt domitis animi perturbationibus, regerent, quis dubitet multorum vnam virtutem futuram præstantissimã? Sic Ferdinandus ex duplici mēte, multisque pro vnus bono exercitus, vberissimos fructus bellicæ scientiæ percepit, ac si omnes idem intelligerēt, solusque ipse agenda præscriberet, vt quod prisca ætas legibus, vt insolens vetuit, salutare Reipublicæ, nominiq; Christiano stabiliret. Ea de causa inter diuersissimos linguis, & moribus milites, inter amulas Imperij nationes, Tribunos gloriæ appetentissimos, ferocissimos Germanos, fortissimos Italos, exercitatissimos Hispanos, rō

inuidia, non alienatio animi, non dissona vox,
silentium disciplina, communem a lacritatem,
impetumque vincenti turbauit. Non enim
praesagas mentes hominum sefellit, cum Me-
diolani copias compararet. Quis plausus op-
timi populi? Quis veteranorum militum ar-
dor? Quae Imperatoriae acclamationes? pa-
cem ueneratione celsitudinis suae confer-
uatam, tranquillitatem restitutam, cum ea
iustitiam patrimoniam, fruges, omnis aetas, se-
xus, ordoque, in caelum efferrebant: arma quae
sacer ipse pro diuina causa contra uniuersos
hostes suscipiebat redditura Italiae quietem,
Germaniae libertatem, Hispaniae gloriam,
Reipublicae Christianae diuturnitatem, non
tam opinione, quam diuinitus moti augura-
bantur. Quid non dicerent hi, quibus bonitas
cognita, integritas perspecta, prudentia com-
mendata, quasi ab infirma uirtute prolapsae in-
dolem, a priuatae uitae experimentis sapien-
tiam arripuisset. Iam enim hiberna militum
non latrocinia, non itinera excursionis, non
aduentus timor Prouinciae, fuga agricolarum,
ac si hostilis aduentaret exercitus. Nec sa-
plicijs, aut seueritate timor injectus, sed Prin-

v'ipis exiffimatio pudori ſ legibus coercebat.
 Quippe nihil ea valentius ad innocentiam.
 Ita clementiffimum prædicares, quem gene-
 rofa natura, & humana propenfione duce mo-
 derantem ab irrogatione poenæ alieniffimū
 introſpiceres. Sic eos in expeditionem edu-
 xit, vt non iniuriæ, non querimonix, non ra-
 pinæ ad certum exitium præcipitari Deum,
 hominesque conteftarentur, fed ius, discipli-
 na, popularis fociorum, & amicorum amor
 ad triumphum euocarent. Alpibus Rheticis
 fuperatis, prætereo, quæ eius humanitas erga
 omnes, liberalitas erga hospites, erga Genti-
 les charitas, erga Sororem Reginam pietas,
 erga Principes manfuetudo cum grauitate
 coniuncta, vt perfonæ lenitudo, & generis
 maieftas elucēret; omitto, vbique Regiam
 munificentiam; colloquia ingenio condita,
 ipfam oris dignitatem ad conciliandos ani-
 mos, militum admirationem, & exterarum
 gentium cultum, heroici animi gratiffimam
 oftentationem, non fuperbæ odio, fed amo-
 re virtutis accenſam; ad alia tranſitum facio.
 Cum enim optimi parentis, & ſancti Iuſtina
 toris auſpicijs Sereniſſimus Pannoniarum

innata, non alienatio animi, non dissona vox,
silentium disciplina, communem alacritatem,
impetumque vincendi turbavit. Non enim
præfagas mentes hominum se fellit, cum Me-
diolani copias compararet. Quis plausus op-
tini populi? Quis veteranorum militum ar-
dor? Quæ Imperatoris acclamationes? pa-
cem veneratione celsitudinis suæ conser-
uatam, tranquillitatem restitutam, cum ea
iustitiam patrimonia, fruges, omnis ætas, se-
xus, ordoq; in cælum efferebant: arma quæ
faceret ipse pro diuina causa contra vniuersos
hostes suscipiebat, redditura Italia quietem,
Germaniæ libertatem, Hispaniæ gloriam,
Reipublicæ Christianæ diuturnitatem, non
tam opinione, quam dimittis mori augura-
bantur. Quid non dicerent hi, quibus bonitas
cognita, integritas perspecta, prudentia com-
mendata, quasi ab infra virtute prosapia in-
dolem, à priuatæ vitæ experimentis sapien-
tiam arripuisset. Iam enim hiberna militum
non latrocinia, non itinera excursions, non
aduentus timor Prouinciæ, fuga agricultarum,
ac si hostilis aduentaret exercitus. Nec sa-
plicijs, aut seueritate timor iniectus, sed Prin-
cipis

cupis exstimatione pudori & legibus coercebat.
 Quippe nihil ea valentius ad innocentiam.
 Ita clementissimum prædicares, quem gene-
 rosa natura, & humana propensione duce mo-
 derantem ab irrogatione poenæ alienissimū
 introspiceres. Sic eos in expeditionem edu-
 xit; vt non iniuriæ, non querimoniam, non ra-
 pinæ ad certum exitium præcipitari Deum,
 hominesque contestarentur, sed ius, discipli-
 na, popularis sociorum, & amicorum amor
 ad triumphum euocarent. Alpibus Rheticis
 superatis, prætereo, quæ eius humanitas erga
 omnes, liberalitas erga hospites, erga Genti-
 les charitas, erga Sororem Reginam pietas,
 erga Principes mansuetudo cum grauitate
 coniuncta, vt personæ lenitudo, & generis
 maiestas elucèret; omitto, vbique Regiam
 magnificentiam, colloquia ingenio condita,
 ipsam oris dignitatem ad conciliandos ani-
 mos, militum admirationem, & exterarum
 gentium cultum, heroici animi gratissimam
 ostentationem, non superbia & odio, sed amo-
 re virtutis accensam; ad alia transitum facio.
 Cum enim optimi parentis, & sancti Impera-
 toris auspicijs Serenissimus Pannoniarum

Rex contrucidatis perfidiæ monstris, & illustrato exercitu Ratisbonam obsedisset, exteriore munitiones, Ioricam, multiplex vallum expugnasset, fossas gurgitibus Danubij redundantes molibus adæquasset, ad motis machinis muros, & propugnacula circuisset, pactis conditionibus urbem recepisset, transmissio Daubio, Danouertum ad ripam primo impetu cepit, redactoque in potestatem superiori Palatinatu bellum in Sueuiam transferre, & primam quæ occurrebat Norlingam aggredi statuit. Hostes certiores facti præfidiarios milites amicæ urbis lectis cohortibus confirmarunt, eo consilio, ut Regem antequam se, cum Ferdinando coniungeret, ad pugnam elicerent. Sed non minus ille celeritate, quàm alijs partibus præstatis Ducis excellens, cum citato gradu iter confecisset, amitino periclitanti præsto fuit. Hostium legiones ducebant Germanorum strenuissimus Saxonicae familiae Bernardus, proles illius, quem sententia pro Imperatorio solio lata, Carolus Quintus statu, & dignitate priuauit, quam in eiusdem gentis agnatum de Imperio benemeritum contulit,

Gusta.

4

Gustavus Hornus Suecorum fortissimus, & peritissimus rei militaris, nobilissimis parentibus ortus, quem egregio animo, & ingenio à natura præditum, magnus ille Gustavus Adolphus vsu bellorum, & propriæ fortitudinis exemplis instituerat. Post meridiem itaque cum Hispani quendam collem campis impendentē, & nemorosos recessus occupassent, eos fortiter Sueci repulerūt. Tali exitu eo creuit audacia, vt patienti camporum æquore acies dirigere, signa inferre, Cæsarianos vrgerē, & loco mouere viderentur. Sed cum dies aduesperasceret, receptui cecinerunt. Gustavus non ea fortuna inflatus, quanuis Bernardo assentiens, inire certamen constituerat, incremento hostium mutatas bellandi rationes, & non ferre, sed calliditate, inopia commæatus, longinquitate locorum, altitudine montium, profunditate fluminum, angustijs vallium, asperitate siluarum, deujs paludum, & fallacibus vijs, inmitti cælo à fronte, à tergo, à latere infesto noctu, & diu equitatu frangendos esse diserebat. Cunctari oportere, tueri prouinciás, vrbiũ præsidia sup-
plere

plere, populationes prohibere: sed Bernardus vani casus gloriola tumens, temeritate obcæcatus, omnia contemnebat, Tribunis, & Legatis, apud quos plurimū poterat, malū furoris afflauerat, Gustauus nè bellū propter utilitatem ducere, mercenarij Ducis more videretur, quanuis inuitissimus, sciens, & prudens in cladem, interitumq; ruebat. Ergò Austriaci Principes cum acrimente velut iudices rem ad vtramque partem momento suo ponderassent, iudiciūq; tulissent, quod caput est in bello non compulsos necessitate, sed præclara sibi oblata occasione, numero, virtute, causa præstantes, certaturos, errore hostes elegisse, quod ipsis expediret, tessera prælij data, agenda decernunt, vigilias, stationesque circumeunt, se etiam noctu militibus, quo paratiores animo essent, & alacriores ad pugnandum permoti, lenissimis, & honorificentissimis verbis ostendunt. Iam lux appetebat, cum Hispani, & Itali signo dato, Suecos colle, quem manuerant pœne deiecerunt, sæpius manu conferta, cū frustra multo sanguine, & sudore contenderent, copijs in aciem productis ab vtraque parte clas.

classicum sonuit, signis collatis accerrime
dimicatur, multisquè cadentibus redinte-
gratis animis, pugna recrudescit. Nubes ter-
restri pulvere, & tormētarij fumo fluctuan-
ti, & densæ flāmæ admixto conflata, perfimi-
lis inferorum caligini furiali voce, dirarum-
què tædis ardentibus personabat. Prospe-
ctum, nisi eam maiores ignei globi troni-
tru, & minores continuo coruscantes pro-
pellerēt, auferebat, sed atræ procellæ nebu-
la discussa cominus gladio vir cum viro cō-
flixit. Quis ille vultus tuus Ferdināde? Quæ
proceritas? Ardor oculorū? Quæ animi ma-
gnitudo? Similima virtute inflāmatus exer-
citus, impetum hostium, vimque sustinuit,
quod tua propria fortitudo effecit, non mili-
tis, non Centurionis, non Præfecti, nihil sibi
ex ista laude decerpunt, cum tanto exemplo
concitati, vix sui compotes armis vterentur.
Per magnum illum aparatum, machinarum
numerum, omnis generis copiam, velut ru-
dem, informemquè materiam ad altiorem
vsum, felicitatemquè formasti. Ita in
gemino Augustæ familiæ robore innato,
quod antiquissimi Poetæ, de Castore, & Pol-

luce tradidere, quorum præsentia, & numi-
ne Romani se victorias reportasse dicebant,
celebrares. Alter alterius aspectu, magnani-
mi spiritus communicatione flagrabat. Duo
lumina fulgurare, tota acie volitare, vbiq[ue]
præsentissimo animo, & corpore, iam in-
struendis agminibus, iam subsidiarijs, iam
velitari, iam statariæ concertationi, iam im-
pressioni faciendæ, iam hostibus excipiendis
adesse circûspiceres. Tanquam iuvenes Cæ-
lo delapsi vel. . . cælesti nimbo, æthereis tor-
mentis, superiorû sarissis audacissimum, &
firmissimum Germanorum equitatum con-
cidistis, cadaueribus robustissimorû Theu-
ronum, & pugnacissimorum Gotthorum im-
mensam planitiem, spatiaquè complectis.
Nemus tentorijs longe, latequè distinctum,
cuius cæca latibula præcepè sagientium mul-
tudo quærebat, luce vestra collustratum,
ac si de cælo tonaret, roboraque eius furia
fragore discerperent, editæ stragis horri-
fimo gemitu, deterrimiquè doloris desper-
atione contremuit. Victores Angeli puto, &
súdo aere triumphali carmine, & tubarum
cantu exultauere. Statim supplex Norlinga
se

se dedit. Quid maius hoc triumpho? Quid op-
 portunius? Quid utilius? seu hostium intole-
 rabilem superbiam, seu partam sine cæde vi-
 ctoriam, seu præteriti temporis inclinatio-
 nem, & motum, seu præsentis salutem, & glo-
 riam, seu res humanas, seu diuinas, publicas
 Christiani orbis. Imperijquæ consideres. Si
 regionem expendas in bellicosissima Ger-
 mania, si locum in ipsius umbilico, si tem-
 pus, cum iam non tam de Imperio, quam de
 salute decertare necesse esset. Ergo religio
 cum errore, iustitia cum iniuria, ratio cum
 inuidia pugnavit, ut Ferdinandus triumphar-
 et, cum rudimenta militiæ deponeret, festi-
 naret, cum auxiliaretur, tunc primum vin-
 ceret, cum hostilem vidisset exercitum. Ca-
 roli V. vestigia persecutus, in quibus locis
 ille foederatos Smalchaldicos devincere
 non potuit, quod superiora, & munitiora lo-
 ca tenerent, & congregari æquo Marte nõ au-
 derent, in his ipsis Maximo Imperatore ata-
 uo fortunatior, quam hostis sibi destinaverat
 lauream, præripuit, & ut famam omnium vir-
 tutum consequeretur, aduersum rumorem
 dimicationis primæ neglexit, euentumquæ
 ingen-

ingentis æquabilitate animi tulit, vt qui non
in fortuna, sed in constantia, non in vanitate,
sed in iudicio, non in viribus, sed in arte præ-
sidium collocasset. Sed quæ ipsius opima spo-
lia? Nonne largitiones, dona, stipēdia, anno-
na, premia? Qua pietate mortuos sepeliri?
Qua misericordia facis adhiberi remedia?
Qua benignitate defatigatos corpora cura-
remandauit? Ita clemētia condimento Rei-
publicæ, cum fortitudine, & prudentia mo-
deratrice virtutum copulata, amplissima, &
sempiterna Romanæ gloriæ monumenta,
quæ Cæsaris, Germanici, Traiani, Constan-
tini, Valētiniani, Theodosij subactis ad Rhe-
num, Danubiumquē nationibus consecra-
runt, æquauit. Faxit Deus, vt Religioni, Re-
gi, & Patriæ viuat, qui natus omnibus, exti-
tit seruator, & vindex, vt esset propagator,
& custos. Hæc ego memori animo, quanuis
tenui stilo, vt in quo possum, gratus essem,
idquē potissimum præstare eni, quod minimè
iniquitas fortis eripuit.